

IN TEMPORE UNIVERSALIS CONTAGII

Hæc Missa celebrari potest, iuxta rubricas Missarum et Orationum pro variis necessitatibus vel ad diversa, omnibus diebus, exceptis sollemnitatibus, dominicis Adventus, Quadragesimæ et Paschæ, diebus infra octavam Paschæ, Commemoratione omnium fidelium defunctorum et feriis IV Cinerum et Hebdomadæ sanctæ.

Ant. ad introitum

Is 53, 4

Vere languóres nostros ipse tulit
et dolóres nostros ipse portávit.

Collecta

Omnípotens sempitérne Deus,
in omni perículo singuláre præsídiúm,
qui fílios tuos in tribulatióne fide supplicántes exáudis,
nobis propitiáre benígus, et præsta, quæsumus,
defúntis réquiem ætérmam, solámen plorántibus,
salútem infírmiss, moriéntibus pacem,
operántibus pro fratrum sanitáte robur,
spíritum sapiéntiæ illis qui nos in potestáte moderántur,
et ánimum ad omnes benévole accedéndi
ut cuncti nomen sanctum tuum glorificáre valeámus.
Per Dóminum.

Super oblata

Súscipe, Dómine, múnera quæ,
in hodiérnis perículis, tibi offérimus,
et fac, quæsumus, ut, omnipoténtia tua,
in fontem sanitátis pacisque convertántur.
Per Christum.

Ant. ad communionem

Mt 11, 28

Veníte ad me, omnes, qui laborátis et oneráti estis,
et ego refíciam vos, dicit Dóminus.

Post communionem

Deus, a quo recépimus
vitæ ætérnæ medicínam,
concéde, quæsumus, ut, per hoc sacraméntum
de cæléstis remédii plenitúdine gloriémur.
Per Christum.

Oratio super populum

Protéctor in te sperántium, Deus,
bénedic pópulum tuum, salva, tére, dispóne,
ut, a peccátis liber, ab hoste secúrus,
in tuo semper amóre perseveret.
Per Christum.

IN TEMPORE UNIVERSALIS CONTAGII

Assumi possunt lectiones Missæ In quacumque necessitate.

- LECTIO I** (OLM 938, n. 2) **Lam 3**, 17-26: « *Bonum est praestolari cum silentio salutare Domini* ».
Repulsa est a pace anima mea...
Omissis litteris hebraicis Vau, etc.
- PS. RESP.** (OLM 940, n. 1) **Ps 79**, 2ac et 3b. 5-7
R/. (4b): *Illustra faciem tuam, Domine, et salvi erimus.*
- vel:*
- LECTIO I** (OLM 939, n. 2) **Rom 8**, 31b-39: « *Neque mors neque vita poterit nos separare a caritate Dei* ».
Fratres: *Si Deus pro nobis...*
- PS. RESP.** (OLM 940, n. 3) **Ps 122**, 1-2a. 2bcd
R/. (3a): *Miserere nostri, Domine, miserere nostri.*
vel (2cd): *Oculi nostri ad Dominum, donec misereatur nostri.*
- V/. ANTE EV.** (OLM 941, n. 2)
VEL ALLELUIA **2 Cor 1**, 3b-4a: *Benedictus Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.*
- EVANG.** (OLM 942, n. 2) **Mc 4**, 35-41: « *Qui putas est iste, quia et ventus et mare oboediunt ei?* ».
In illa die, cum sero esset factum, ait Iesus discipulis suis:
Transeamus...